

cecinit: Ardus per proceps gloria tendit iter, nec
 non ille exigua laurum proneruit qui dixit: Nec
 coronabitur nisi qui legitime certaverit: Intulerunt
 hoc utique et aliis animo impresserunt Antiqui
 Romani, qui Victoribus suis certas coronas non nisi
 ad certam pugnam proposuerunt, numerate illas
 placet Auditores, quibus praecipuas inuenieris,
 obsidionalem, civilem, ruralem, navalem, Gallicam,
 obsidionalem habuit qui alterum ab obsidione liber-
 auit, civilem qui Civem ab imminente mortis peri-
 culo eripuit, ruralem qui prius hostium viros
 confedere attentavit, navalem qui prius hostium
 navem infilavit, Gallicam qui prius hostium Gallia
 intrauit, sileat nunc suas Theatras in gremio
 suum sibi obdormienti confluentes Victorias, quas
 vero mendax somnus non eludere possit oculis,
 fallitur si illam veram Victoriam esse putavit, illam
 veram esse sive debuit quae non dormientibus, sed
 vigilantibus, sed pugnantibus accidit, quid est quod
 bruta animalia suo labore comparare sibi debent
 id homo sua desidia speret adipisci. Videat
 aeternitas in hoc nunquam irrationalem bestiam